

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt sertivm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)

prædicent. Hac agentur benigni Iouis oppressione in domo Mar-
tis, quod præsens eclypsatio cum reuolutione anni mundi demon-
strabit ubi modernus & successor proximus excitabit matrem Aquila
aduersus principes uirginis, ipseque sæuiet in Iouistas Rheniu sagij
inferioris, & maris occidentalis redimēdo pullū, qui heu à suis, pprijs
nidulis patiet. Vnde multa

SANCTA BRIGIDA.

mala exurgent, & caput fi-
dei ut arbor infructuosa di-
scedet à sæculo. quia inobe-
dientiā patietur magnā ibi-
dem. Et uix Vrbs Romana
erit præsulibus amplius di-
gna.

CAPVT TERTIVM.



Vnde Brigida
libro reuelatio-
nū, Sub aquila
grādi quæ ig-
nem fouebit in pectore, con-
culcabitur ecclesia & uasta-
bitur, nam potens est Deus
Alemanos altos prouocare
contra ecclesiam, qui magis
de humana potentia, quā
Dei cōfidunt, iusto iudicio
hostilibus incurſibus cōcul-
cabūt nauicula Petri, & cle-
rus turbabit. Et sic necesse
est ut Petrus succinctus effu-
gat, ne squalorem publicæ
seruitutis incurrat. Et sic ui-
deat ipsa ecclesia occidenta-

PROGNOSTICVM IOANNIS

lis, ne sit sibi baculus harūdinis potentia Gallicana in qua confidit,
cui si quis innititur, perforat manus eius. Datur intelligi quomodo
Alemāni Scorpionistæ confederationem inibunt cum rege Fran-
ciæ, sub quo ecclesia crucem lamentationis humeris proprijs porta-
bit, Cis flumen Rheni, & in terra Luna, circa mare occidētale uide-
buntur mala inaudita sub nouello, quia fulminabit sententiam ana-
thematis in Saturninos, quando intrabit domum propriam, tunc
Romanicespita buntur infide, quod heu in diebus antiquis non est au-
ditum, & instabunt tempora periculosa in ecclesia sancti Petri, & in-
ter fratres Cardinales noua mala oriētur in breui temporis spacio,

Anno domini. M. cccc. xcvi. & durabunt illa mala annis
multis. Vnde hæc mala figurantur Iudicum. xvi.

per septem crines Sampsonis, quibus ca-
put Alemanicę nationis debet ef-
se ornatum. Hos crines
conantur abra-
dere

Gandauen. Brugeñ.

Flandrenses, Picardi, zizaniæ no-
bilissimi tritici fidei, qui relictis regibus ac
confederatis eorum in quibus habebant fiduciam apo-
statabunt, & infideles in gregem dominicum adducere atten-
tabunt. Vnde caput fidei crinibus ablatis, id est po-
testatibus, ac uiribus suis, debile effici-
tur ut Sampson.

SALVATOR LOQVITVR AD ROMA-
norum regem,

Tu protege armata manu,

Naturæ



CAPVT QVARTVM.



Aturæ concessum est ò inuictis. Imp. ut qui existentiam tutari uelint, unitatem amplecti maxime studeant. Rerum profecto uniuersitas entis unitatē appetit. Vnde grues volatu suo unū sequuntur ducem. apes dum mellificant, sibi ductorem proponunt. formicæ cum prouidēt, praeuentis uestigiū seruant. exercitus milites Imperatorē colunt unum. Recte ille sapiens philosophorū princeps Aristoteles ait, Principatum pluralitas mala. unus sit princeps à quo

D